

Vota Nuptialia

IN FESTIVITA-  
TEM NVPTIARVM, VIRI

LITERATA SAPIENTIA, VIRTUTE ET  
moribus spectatissimi, Dn. M. Iohannis Hu-  
beneri, Iudicij civilis in veteri op-  
pido assessoris, Sponsi;

ET

PVDICISSIMÆ LE-  
CTISSIMÆ QVE VIRGINIS IV-

*dithe Nobilis & Cl. V. Dn. Doctoris Melchioris  
Pyrnesii B. M. Medici & Physici Toruniensis,  
relictæ filie, Sponsæ,*

Concepta & nuncupata ab amicis,



TORVNII BORVSSORVM

*Excudebat Andreas Cotenius, Anno M. D. XCII.*

DISTICHON CHRONOLOGICVM, DIEM, MENSEM ET ANNUM nuptiarum comprehendens.

VnDeno prosper LætetVr FebrVVs orbe,  
En DatVr HVbnero grata IVDitha sVo,  
G. N.

ΝΕΟΓΑΜΟΙΣ ΧΑΙΡΕΙΝ.



οιοῦς φησὶ πίθας τις ἔμην κροτίων Θ' ἐρ δῦδ' ἰ  
τόνδ' ε γέμοντ' ἀγαθῶν, τόνδ' ε γέμοντα κακῶν.  
Μηδ' ἐνὶ κῆ μετέχῃν ἔξῃναι πάμπαν ἑάωρ,  
Ὅς μὴ ἀρυόμην Θ' γέυσαστο πρόδε γόωρ.  
τῶντα σαφῶς δηλοῖ, καί τις μὴ ἐτήτυμα ἴδ' ἔμην,  
Ὅτι κακὴ χάρις προσέρομ' ἅισα πέλει.  
πολλὰ κὶ δυσυχίης ἔπειτα πολὺς ἴχνησιρ ὄλεθ' .  
πρῶτα θεὸς λύσῃρ, ἔϊτα δ' ἴδωσι γάνθ' .  
τῶ χάριρ, ὡς Νυμφῶν, ἔπειτ' ἄλγεα πολλὰ πέπονθας,  
ἠνίδ' ε νῦν ἀγαθῶν σοι ἀνέφξε θύγαρ.  
Προδικα χαρίζομην Θ' κλειτῶν, εὐκθέα κέρην,  
Ἀνδρὸς ἀμωμήτ' ἰκνεσίοιο γόνου.  
Χαίρε πατρὸς μίμημα τεῶ, κολ' δ' ἔχνησο λαμπρόν  
Δωρον, Ἰωάννη, κὶ χάριρ ἰοδὶ θεῶ.  
Σὺ προκέλευθ' ἔης, τάχα κὶ μετὰ βασιρ ὀπηδ' οῦς  
ὀφει, δις ζεύξερ σοι ἀμέρις Θ' ἔρωε.  
καὶ συ, ἰδ' ἰθὺν, γεραεὶ φίλον ὄμμα τοκῆ Θ',  
εξοχ' ἀγαλλομῶν θεῶν ἄαδ' ε κλέθ',  
Χαίρετε ἀμφότεροι, δ' ὦν θεὸς ὑμῖν παριστάς  
εὐτεκνὸρ τε βίον κὶ πολὺλοβὸρ ἄγην.

M. H. S.

EPITHALAMIVM



*ST decus à claris traxisse paren-  
tibus ortum,*

*At teneris Musas & coluisse pias:*

*At magis exornat doctum atq; quie-  
te fruentem*

*Castus si coniunx atq; maritus erit.*

*Coniugium Natura, DEVS simul ipse requirit,*

*Adde quod utilitas suadet honesta torum.*

*Hinc merito felix, & ab omni parte beatus*

*Diceris Hubneræ lausq; decusq; domus,*

*Quod tibi tam sacro coniungis fœdere Sponsam*

*Quod subit amplexus pulcra IVDITHA*

*O salve splendor generis, dignissime tanto (tuos.*

*Munere, ter salve, ter quoq; lætus ova.*

*O redames, qua vix ornatioꝝ vlla IVDITAM,*

*Inter virgineos conspicienda choros.*

*Nam mistam roseo faciem, niueoq; colores*

*Si spectes multis anteferenda venit.*

*Præterea pulcros oculos, lumenq; iuventa*

*Si spectes, sanè cur capiaris habes.*

*Quid memorem castos mores? quid dona Miner-  
Pingere nouit acu, fingere nouit acu. (ua?  
Iam quoq; tu salue cordis IV DITHA pudici  
O tanto salue digna puella Viro.  
Non te adeo vultus & firmæ membra iuuentæ  
In Sponso moueant, exhilarentq; tuo:  
Quantum compositi mores & fulgor honesti  
Inq; animo versans integritatis amor.  
Et quæ præterea laudanda videntur in illo  
Plurima, quæ breuitas officiosa tacet.  
Nec referam quas ille colit feliciter Artes  
A quibus ille simul remq; decusq; tulit.  
Mollia vos igitur cumulatòs dotibus amplis  
Coniugium felix ducere fata velint.  
Aurea Cumeæ traducite secula vatis.  
Tota precor vobis stet sine lite domus.  
Attingat virtus heredes patria multos,  
Qui longa celebrent posteritate DEV M.*

Iohannes Cupius D.  
Medicinz.

ACRO-

# ACROSTICHIS GEORGII

REISSERI SECRETARII REIPVB.

*Patria ac Testamentarij tutoris Sponsa.*

Hactenus in luctu chari post fata parentis  
Vixisse & varijs satis esto laboribus actum.  
Blandior æthereis nunc sedibus emicat aura,  
Nunc redit, obscuram patriæ qui tempore mortis  
Eclipsin Sol passus erat, nunc lumine sumto  
Rursus adest, tristemq; iubet deponere luctum.  
Vos modò, quos summus voluit DEVS arbiter orbis,  
Sponse & Sponsa noui, sociales iungere dexteras,  
Sumite præsentis animos, nil vestra moretur  
Pectora fatorum sæpissimè nescius error,  
Omnia successu meliore videbitis, ibunt.  
Nostin' quæ facilis, morti cum proximus esset,  
Sponse tibi iam voce Pater loqueretur anhela?  
Vitæ finis adest inquit, cælum via ducens  
Suscipienda mihi: Tibi sed carissime fili,  
Innumera ratione DEVS benedicat & vsum  
Vitæ concedat longum, felicibus atq;  
Desuper æternum te te successibus ornet.  
Immemor haud etiam fueris, vbi mortis adest  
Terminus, ac instans fatum quererentur amici,  
Pyrenesius quæ verba pater tibi Sponsa loquutus,  
Inter ait, quarum tres cernitis ordine, natas

R ebus in aduersis, & in hac titubante senectâ,  
 N ec non sub morbi tempus, Iuditha priore  
 E st decoranda loco, licet hunc prius occupet ortu  
 S ustinuit tres vna vices: Nam filia, coniux  
 I lla fuit, materq; simul; Pietate parentem,  
 A ffectunatum flagrans, studioq; maritum.  
 S it DEVS ergo tibi facilis, mea nata, tuosq;  
 P rosperitate beet cælo stillante, labores.  
 O Soboles vtriusq; pij benedicta parentis  
 N uminis auspicio patria sic voce rogati  
 S ulceptum coneris opus: DEVS vsq; fauebit,  
 A tq; suo præsens moderabitur omnia nutu.

*EIVSDEM Distichon Chronologicum.*

Prosper Vt VnDeno Lxtat Vr FebrVV's orbe  
 HVbnero Sponso Sponfa IVDItha DatVr.

**PROSOPOPOEIA, QVA VIR**  
**CLARISSIMVS DN. D. MELCHIOR**  
*Pyrcensis B. M. inducitur gratulaturus*  
*novis Sponsis.*


 Ama per immensos penetrauit ad æthera tractus,  
 Ad loca de veniens, nil vbi flere potest.  
 Hic vbi splendescunt aurata per æquora Czli,  
 Quotquot honorarunt Orbis in Orbe Deum,  
 Te, iuuenum Patriæ lectissima stella Ioannes,  
 Casta maritalis iura subire tori;

**IVDI,**

**I**VDITHAM QVE meam, quod pectore grator ab imo,  
 Ducere non dubia constituisse fide.  
**I**pse Paterq; tuus, simul vt compleverat aures  
 Rumor is, edidimus carmina digna Deo.  
**S**ustulimusq; manus, & Fata poposcimus æqua,  
 Fataq; se vobis æquã futura monent.  
**Q**uis deinceps Dominum, qui sic mea viscera curat,  
 Quæso, pupillorum nesciat esse Patrem?  
**C**ùm pater aufertur Soboli, Pater ille Parentum  
 Maximus in cælis munia patris adit.  
**T**utorumq; regit curas, & pectora, Tutor  
 Optimus, in laudem nominis ipse sui.  
**Q**uod qui crediderint, super astra quietius ibunt;  
 Res igravis est, Soboles orba parente, patri.  
**O**rba solet Soboles geminare pericula mortis:  
 Heu graue filioli sunt morientis onus.  
**Q**uid queror hîc? miseris non hæc patet aula querelis,  
 Interrupta premens gaudia mœror eat,  
**O** iucunda dies, qua te charissima cernam  
 Filia coniugio conueniente frui.  
**G**ratia magna Deo, quite respexit & auxit;  
 Egregijs porrò gratia magna Viris,  
**Q**uos ego suprema tutores voce reliqui,  
 Vel potius, quod res comprobat ipsa, patres.  
**O** quibus insignes verbis affabor amicos,  
 Perpete complexos meq; meosq; fide.  
**Q**uæ Salomon *GOLDNERE* tibi, *NEISSERE* Georgi  
 Quæ tibi, quæ vobis præmia digna dabo?  
**S**umma sibi merces Pietas: quicumq; pupillis  
 Adfuerit, rebus prospicit ipse suis.  
**Q**uod potero, faciam, meriti non immemor vnquam,  
 Æternus vestri testis amoris ero,

Cætera

Cætera, quæ nèqueo, gener & mea pignora præsent:  
Orbis adorandus cætera Tutor agat.  
Vestra sed vberius quondam cantata nitescet  
In nostram pietas officiosa domum.  
Nunc aliò properans, ad te mea Nata reuertar,  
Virtutisq; tuæ lætus honore fruar.  
Tu mihi tabificæ baculus, spes, ara senectæ,  
Tu dux, tu requies, tu mihi lumen eras.  
Fallor: an insimuler leges violare decori,  
Soluens in laudem sanguinis ora mei.  
Sed pietas natæ, pietas spectata tot annos,  
Verâ voce Patris iure canenda venit.  
Illa, Magisterio matris, virtutis alumnam  
Egit, & à teneris arsit amore Dei.  
Illa suos omni studio venerata parentes,  
Omne, quod his placuit, prompta peregit opus,  
Cumq; toro coniux auulsa petebat Olympum,  
Illa suæ cœpit matris obire vicem.  
Curauitq; domum, fratresq; suasq; sorores,  
Amplexata, velut mater amica, fuit.  
Quando fatigatus, fessusq; senilibus annis,  
Ducebam vidui tædia longa tori:  
Quando laborabam, vexantibus anxia morbis  
Membra, vel à curis grandibus æger eram:  
Illa superueniens fastidia dispulit ægro,  
Illa mihi nutrix, illa medela fuit.  
Cedat Hypermnestre, concedat nata Cymonis,  
Hæc mea non illas nomen habere sinat.  
Omnibus in rebus, per quas confisa placere  
Posse fuit, placuit, vel placitura fuit.  
Adde, quòd irasci longè mitissima nescit:  
Sæua puellarum dedecet ira chorum.

Virginis

Virginis excellens decus est, placabile pectus,  
Felix, cui talem fata benigna dabunt.  
Insuper ærumnis, quæ sunt calcaria laudum,  
Esse meis didicit, esse modesta suis.  
Coniugis imperium vix vix tolerauerit vxor,  
Cui fuit in medijs vita peracta rosis.  
Affixit miseram petulante calumnia rictu,  
Ista fuit semper strix inimica bonis.  
Adspice Susannam, præstans exemplar honesti,  
Adspice Penelopen, vtraq; casta fuit.  
Sed proscissa tamen mordacibus vtraq; linguis;  
Sunt alix plures, si numerare velim.  
Rara fuit virtus, quam non incessere liuor  
Quæreret, inuidiam vix cauet ipse Deus.  
Sed Deus infontem cœlo miseratus ab alto,  
Egregio dignam censuit esse viro.  
Pressa diu virtus tandem formosior exit,  
Vt Sol, cum nubes lumine victa fugit.  
Noui ego te iuuenem magnæ virtutis & artis,  
Ingenij teneo fertilioris opes.  
Pectus honoratis exosculor artibus auctum,  
Admirabilius quod facit oris honor.  
Oris honestatem concinna modestia ditat,  
Qua sine, formosum corpus habere, nocet.  
Laus est, sed non summa tamen laus, esse venustum;  
Sæpè venustatem culpa sequuta fuit.  
Cætera ne referam, causis adducor honestis,  
Laus senis, in iuuenem prodiga, crimen habet.  
O vtinam præfens vtinam spectator adessem,  
Gaudia perciperem vix habitura modum.  
Nec mihi lætificis cellurus plausibus esset,  
Si tuus his coeptis posset adesse pater.

B

Sed

Sed quia diuisi multis sumus orbibus Orbis,  
 Adfore nos animi non dubitabis ope.  
 Et velut ambobus quondam benediximus ambo,  
 Tunc vbi vobiscum nos tulit esse DEVS.  
 Sic DOMINVS vobis, quæcurq; recepimus, vltro  
 Perficiens, largo fenore cuncta dabit.  
 Semper honoratur Pietas: Si dicere ius est,  
 MECHIOR exemplum filius esse potest.  
 Consolata meas cuius sanctissima natas  
 Dextera magnificæ dotis honore fuit.  
 De me quid referam: plus quàm mihi filius, immò  
 Ille pater patris, matris & ille suæ.  
 Ex illo, titulis virtutem vincere certans,  
 Æquat eum magnis incluta Fama viris.  
 Inter vt illustres proceres illustris, & æquè  
 Carus, in excelso splendeat ipse loco,  
 O saluè pietas! omni clarissima seculo,  
 Officiosa meis, officiosa tuis.  
 Quod superest, quoniam sic stat Sententia Fatis,  
 Viuere vos socio quæ voluère toro:  
**VIVITE.** Fatorum decreta potentia, quamuis  
 Mille modis obstant ille, vel ille, manent.  
 Casta petiuerunt multi connubia natæ,  
 Sed tibi cum Fatis debita, sponse, foret:  
 Casta petiuerunt frustra connubia natæ,  
 Tu gener ex multis excipiendus eras.  
 Cuiq; suam seruant electam Numina Sponsam,  
 Quicquid agant homines, littora bobus arant.  
 Ambierint vt mille proci, si fata repugnent,  
 Vnam non poterunt ducere mille proci.  
 Victor erit solus, cui vincere fata dederunt,  
 Ille vel inuitus deniq; victor erit.

Cedit

Cedit vir sapiens, cum fata resistere cernit,  
 Incassum Antimachus non cupienda cupit.  
 Vos igitur, quos fata iubent immota iugalem  
 Scandere, concordi scandite corde, torum,  
 Participes horum, quæ sunt promissa, futuri,  
 Ore meo nata, vel tibi, Sponse, patris.  
 Eueniet, dat signa *DEVS*, *DEVS* ipse parentum,  
 Legitimis votis pondus inesse iubet.  
 O gener, ô longum iuuenis carissime salue,  
 Tuq; pio salue Filia iuncta viro.  
 Nunquam desiterint thalamum circumdare vestrum  
 Pax fecunda, Fides pura, beata Salus.

*M. HV LDR. SCHOBERVS.*

Eiusdem Lusus Poëticus  
 Seu

**DONATVS NVPTIALIS.**

**L**ibet ne, si licebit?  
 Licet ne, si libebit?  
 Ut plector in virore,  
 Reficit stupentem ocel.  
 Ingi labore fissam,  
 Ioci in sinu iocari.  
 Siquidem liber, licebit;  
 Quid ni liceret autem?  
 Prasertim in hoc theatro  
 Licentiore Bacchi.  
 Proinde vilita paulum  
 Melancholia, nostri  
 Mors ingeni, recede.  
 Post, si libet, reuertre.

(lum,

Aut, si negas reuerti,  
 Repudij libellum.  
 Iam, si petes, habet.  
 Quid ergo lustrabo?  
 An: quod laboriosus  
 Ephoros decet inuenta.  
 DONATVS in Lyceo  
 Ut AMORIS explicetur,  
 Ab AMORE, Grammatista  
 Nouo, inuat videre.  
 DONATVS ille quisquis  
 Fuit, fuit Magister  
 AMORIS, aut minister,  
 Non hercule insuetus.

**B 2**

**Nam**

Nam quæso te, per omnes  
 Veneres, Cupidinesq,  
 Nonne univertur apic  
**MAGISTER** atq, **MUSA**:  
 Quid Doctor absq, Musa?  
 Et illa quid sine illo?  
 Reuera inane nomen.  
**DONATVS** iste certè  
 Præceptor est venustus.  
 Similq, subministrans  
 Civitate **SCAMNVM**,  
 Sessum recepit illos.  
 Mox aduenit **SACERDOS**,  
 Connubiumq, **FELIX**  
 Ambobus adprecatur.  
 Quid inde restat? inquis,  
**FRUCTVS** tori iugalis,  
**SPECIE** decora proles,  
 Puellule & puelli,  
 Quos Musa cum Magistro  
**AMABIT & DOCEBIT**.  
**LEGETHIS**, ab his legenda.  
**AVDIET** & audienda.  
**FERETQVE** nenuorum,  
**MACULAS,VOLENSQVE**  
 (FIET,  
**ERITQVE** Norma morum,  
**NOMEN** Dei verendum.  
 Reuereri eos, & vsq,  
**PRONOMINE** atq, **VERBO**  
 Nil non pari monebit.  
**ADVERBY** Menim ligata, est,  
**CAPIENDA PARS** salutis.  
**CONIUNCTIONE** firma.  
**PRÆPONERE** illud ergo  
 Decet omnibus metaklis

Decet omnibus triumphis,  
 Decies IO beati  
 Deciesq, millicq,  
**DONATE**, qui libellum,  
 Tuum aureum libellum,  
 Discent, suosq, rursum:  
 Ceu tu doces, docebunt:  
 Et ordinem decentem  
 Quem tu tenes, tenebunt.  
 Ut noster ille Sponsus  
 Ut illa nostra, Sponsa  
**IUDITHA**, cum **IOANNE**.  
 Vel **MUSA**, cum **MAGI-**  
 Eos ob id beatos (STRO.  
 Beatitatis Autor  
 Et calices beati  
 Urosq, pradicabunt.  
 Mibi sed quid oro fiet?  
 Qui, conterens tot annos  
 In artium recessu,  
**DONATE**, præterini  
 Artis in a modullam,  
 Non discere ausus unquam,  
 Quid **MUSA**, quid **MAGI-**  
 (STER  
 Quid **SCAMNA**, quid **SA-**  
 (CERDOS,  
**FRUCTVSQVE** quid venni-  
**SPECIE** decens, notaret. (Ita  
**AMO**, Ergo nuper ut me  
 Merorū in latebris  
 Inussu, increpavit:  
 Tunc inquit, es Magister?  
 Tu cultior illo Musa,  
 Si Dys placet, voceris?  
**Nec MUS A DECLINARE**

Te scisse

Te scisse confiteris.  
Pudent. Rudis fuisti.  
Respice, quodq; nescis,  
Scholam petens Amoris,  
Ab AMORE disce, disce.  
Sed inauspicata pestis,  
Quam Dijs Deeq; perdant,  
Excors Melancholia  
Tibi terga det necesse est.  
Sic ille me increpabat,  
Sic ille me admonebat.  
Proinde, Dijs benignis,  
Peragam, quod ille suavit,  
Disceamq; more Sponsi,

MUSA M assequi Mn<sup>o</sup>  
(gister,  
Deus inde cetera addat.  
Quod restat, aq; lector,  
Nihil moratus istos  
Censuros Carones,  
Veniā dabis iocanti,  
Nec ineptē ineptienti.  
Semel annum per orbem  
Baccho litare fas est.  
In Orgijs vel ipse  
Dolor dolere nescit.  
Qui nauseant ad ista,  
Age, quis vetat? relinquant.

### HALCYON NVPTIALIS.

**B**Ina Iouis visenda ferunt in limine vasa,  
Nectaris hoc, illud flumina fellis habet  
Nec quisquam fruitur dulcedine Nectaris antè,  
Pocula quàm tristi plena sapore bibat.  
Ficta quis hæc dubitat? veruntamen inde pate-  
Non semper læuos omnibus ire dies (scit,  
Aspera præludunt, mox prosperiora sequuntur,  
Et sic asperitas prosperitate cadit.  
Ergo fer, & perfer, quæ Fata prementia vexant,  
Dulcius hauritur post mala vina bonum,  
Hoc erat, hoc animò quod diuinante monebam,  
Quando propinatum fel tibi, Sponse, fuit.  
Quando minax ventis flauit Fortuna sinistris,  
Iactauitq; tuam sæua procella ratem,

Nunc tua spes, toties quàm penè fugauerat hostis  
Illustri celebrat luce refecta Deum.  
Nunc agis in portu, nunc tempestate soluta  
Tranquillos peragis Pacis in arce dies  
Ergo tibi Halcyonem, syluestri carmine pictam,  
Ominis & fausti muneris instar habe.  
Halcyo connubij germana fidelis imago  
Apta nouis Sponsis esse videtur auis.  
Corpus, vt hinc orsus subtexam cætera, paullo  
Passeris indomiti corpore maius habet.  
Cœruleus color est, interlucente virore,  
Nec subpurpureæ gratia lucis abest.  
Rostrum porrigitur, subtilis imagine Coni  
Longiùs, hac specie, quæ solet esse luti.  
Iam porrò, quoniam tràquilli in marmoris vnda  
Parturit, ex illo nomen adepta fuit.  
Ancillatur ei, ventorum flabra coercens  
A Eolus, & nautis æquora tuta facit.  
Quid bruma horridius? quid sæuius æquore va-  
Bruma tamē seruit, seruit & æquor auis. (sto?  
Nonne vides ista sanctum sub imagine coetum?  
Qui Christum tota mente secutus amat.  
Nonne vides ista castos sub imagine Sponsos?  
Ipsa quibus Domino monstra fauente fauēt.  
Turbidior quamuis torrente remurmuret æstu  
Mundus, eis famulas porrigit ecce manus.

Sic,

Sic, cum fata volunt, turbo quoque turbine, bru-  
Bruma caret, partes hospitis hostis agit. (mâ  
Sic olim, Tragicis populantibus omnia nymbis,  
Tuta per immensas Arca remansit aquas,  
Halcyo præterea Scopulis suspendere nidos,  
Dædala quos mira finxerat arte, solet.  
Discite, qui thalamum petitis: non lilia tantum,  
Aut molles violas aurea fundit humus.  
Scilicet & lappis & vepribus horret acutis,  
Damna voluptati sic sociata sedent.  
Coniugium quandoque parens, quandoque nouerca  
Miscet amaricie dulcia vina Deus. (est:  
Sed tamen auxilio superabitis omnia Christi,  
Cui tanquam petrae vester adhæret amor.  
Adde quod Alcedo, furtiui nescia lecti,  
Non finit expugnet deuia flamma fidem.  
Casta toro fruitur casto, veneremque pudicam  
Vni seruandam seruat amica mari.  
Heu mihi! cur homines auium moderatio vincit?  
Nam quotus est quæ non furta negata iuuat?  
Exigui numero, quos non de mentat Erinnyes  
Ista, malum suadens crimen, acerba Venus,  
Insuper, inclusos nido, pullosque mare, neque  
Complectens, raro nostra videtur aus.  
Omnibus exemplar quod oportuit esse puellis:  
Esse domi prodest, obfuit esse foris.

Dina

Dina vagabundo lustrauit vt omnia vultu,  
Turpiter amisso quæsta pudore fuit  
Viua quid hîc opus est multarum exēpla referri?  
Errorem constat quas vitiasse vagum.  
Deniq; mirifici documenta relinquit amoris  
Halcyo, quòd senium sustinet ipsa maris.  
Non illum asperius tractat, non projcit ægrum,  
Plures quod faciunt heu sine fronte nurus.  
Quæ senibus iuuenes ausæ præferre maritis,  
Sæpè fefellerunt per sua furta fidem.  
Nouimus & quasdam, quas, vix vbi iusta sepultis  
Perfoluère, nouo tentat amore Venus.  
Castior Alcedo: quæ nil connubia curat,  
Cerylus ægrefcens cùm sua Fata subit.  
Sed tantùm Ceyx, Ceyx lugentis in ore est,  
Nec priùs hanc mœror, quàm sua vita fugit.  
Illa quidem talis: felix ô, quisquis eandem  
Moribus, vt Sponsus, nostraq; Sponsa, refert.  
Vna Fides, immota Fides ambobus inhæret,  
Vnus, & is castus, nec simulatus Amor.  
Talibus in medio S E C V R A M turbine vitam  
Affero: S E C V R A M: vela regente Deo.  
S E C V R A M: decimæ quamuis ruat impetus  
(undæ,  
Quid maris ira potest? Si maris Autor adest,

*M. Huldreichi Schaberus. F.*

ALIVD.



Coniugium radix, & fulcrum nobile vitæ est,  
 Quo sine nil perstat, quicquid in orbe viget.  
 Nam nos inter nos auresq; manusq; pedesq;  
 Vel dicam breuius, portus & aura sumus.  
 Sic geminata parit socialis gaudia lectus,  
 Et desiderium claudit vtrinque torus.  
 Nonne vir & coniux flagrantius æthera pulfant,  
 Ut docet exemplis hoc pia turba suis.  
 Ergo non frustra casto tibi docte Ioannes  
 Iuditham iungis foedere, dante DEO.  
 Non dubium est sancti quin sis dulcedine captus  
 Coniugij, tibi quod commoda magna dabit.  
 Hactenus es cari vexatus morte parentis,  
 Cætera transilio, prætereoq; sciens.  
 Sed quisquis lachrymans committit semina terræ,  
 Ille metens lætus tempore messis eat.  
 Sic qui curarum plenus iam multa tulisti,  
 Nunc mete laticiam, cunctaq; secla Vale.

Gregorius Vorbergius, F.

ALIVD.



Xere mellifluos, res est rarissima, vultus,  
 Huncq; diem lætum, dic mea Musa diem,  
 Quo sibi iungit amans prudens Hubnerus amantem,  
 Et thalami sanctum spectat adire thorum.  
 Salve sancta dies, longos optata per annos  
 Omnis agit lætos te veniente choros  
 En stipata suo graditur munimine Pallas  
 Dignaq; coniugio dat sua dona, nouo,

C

Ecce

Ecce nouenarum suauissima turba Sororum  
Aduenit, & docta præt Apollio lyra.  
Cumq̃ suis Nymphis properat dulcissima Charis  
Inter Germanas conspicienda duas.  
Vndiq̃ collectos Nais pulcherrima, flores  
Apportat, pleno munera grata sinu.  
Huc Venus, at diuina Venus diuinitus orta  
Tendit, & æthereas, fert studiosa, faces  
Huc celeres genialis Hymen mouet ordine gressus  
Bina parans uinculis iungere corda suis.  
Hanc omnes tandem Virtutes uisere sedem  
Æternumq̃ uolunt hanc habitare domum.  
Accelerat Pietas virtutum maxima virtus  
Accelerat socia cum pietate Fides:  
Ipse uerecundo cupit ire Modestia vultu  
Ipse cupit roseo castus ab ore Pudor  
His se nexa comas lauro concordia iungit  
Has studet oclusas pax referare fores  
O quis conuiuas quis & hæc ornantia tedas  
Numina, non Sponsis uellet adesse pijs?  
Quis non argento tales præferret & auro,  
Et rutilo gemmis quas uehit amne Tagus,  
Ast alios etiam petit hic sacer actus amicos,  
Hæc aliud cupiunt Sacra colenda decus:  
Quis sine felices non fas est dicere Sponsos,  
Quis sine successus res habet orsa graues.  
Hos ego (nam non plura queo) pro munere mitto  
Quorum te nunquam pœnituisse potest.  
Plura ferant alij quibus est data ferre facultas,  
Qui colimus Musas turba reiecta sumus.  
Sit conuiua DEVS thalami defensor & autor,  
Qui primus primos iunxit amore pares.

Ipsius

Ipsius & præsens hospes tuus unica proles  
Et facer amborum perpetuusq; fauor  
O felix thalamus quàm felicissima sedes  
Maiestas cuius limina tanta subit  
O dulces epulas ô quam connubia magna  
Hospitibus magnis his decorata tribus,  
His bene res (nec uana fides) præsentibus omnes  
Et se principium se bene finis habet.  
Hic sine lite torus purus sine crimine lectus  
Regnat & excelsi maxima summa boni.  
Ergo tuas depone Vir ornatissime curas,  
Præside cuncta forent tristitia, læta, DEO  
Exue turbata, tristitia lumina mentis,  
Exue pallentes ægraq; sena, genas.  
Quicquid & aduersi recubat sub corde, nec ullum  
Mæstitæ linquas tristitiæq; locum.  
Vertitur en rerum facies conuertitur aura  
Et placidos Zephyrus spirat ab axe sonos  
Desiit omne malum gemitus periëre priores  
Et nitet in niueo pristinus ore color.  
En modo qui cari lugebas funera patris  
Funera perpetuo carmine digna cani,  
Et casus qui nuper eras perpeffus amarus  
Quos dat amica malis fors inimica bonis.  
Nunc hilares celebras thalamos, iam Sponsus honos  
Ingenita dignos pro bonitate, capis. (res  
Iam tibi pro lachrymis risus pro morte parentis  
Vita datur, dulcis proq; labore quies.  
Iam tibi Sponsa venit, uenit & charissima coniunx  
Rebus in aduersis officiosa comes  
Gaude Sponse decus Sponsæ virtutibus aucte  
Et quod capisti, perfice lætus opus.

Et meritò gaudes nec te tua gaudia fallent,  
 Gaudia per nullos interitura dies.  
 Iam tua conuiuis splendent conuiuia nostris  
 Quosq; tibi nisi quosq; precabar, habes.  
 Hos venerare pio, sunt hæc pia Numina, cultu,  
 Inq; tori medio fac residere loco.  
 Sic tua non noscet fines diffusa voluptas  
 Intrahit nullus sic tua tecta dolor.  
 Et tibi vina fluent, fluet & peramabile Nectar,  
 Vret in æterno sic tua flamma foco.  
 Sic Pyliam duces vitam, tandemq; paratus  
 Ascendes summi regna beata poli.

GEORGIUS OPPEL.

INTERLOCVTIO MUSA,  
RVM ET PHOEBI.



VID te Diue parens redimitũ tempora lauro  
 Conspicimus; nũc te quis nouus ardor agit?  
 Quid sibi stillantes Tyrio quod rore capillos  
 Componens docta discutis ipse manu?  
 Imis, haud frustra talis fluit aurea palla,  
 Ornatas frustra nec reor esse genas.  
 Fallor, an ad cœnam Diuum pater atq; hominum Rex  
 Te vocat? an nobis gaudia ficta paras?  
 P. Gaudia sunt vobis simul & mihi vera parata  
 O Musæ, falsi nil decet ora Deũm.  
 HVBNERVS docta præclarus in arte Magister,  
 Imbutum Sophiz nectarẽ pectus habens;  
 Hactenus optata nostra est qui mente secutus  
 Signa, comes doctæ & nunc manet vsq; via:

Ille

Ille pios necit thalamos tædasq; iugales,  
 Atq; sibi Sponsam iungit honore parem:  
 Sponsam *PYRNE SII* cretam de sanguine patris,  
 Qui Vir perpetuo carmine dignus erat;  
 Arte Machaonia quem vix Epidaurius ipse  
 Nolter, & excelfo vicerit ingenio.  
 Sim coniuua (deceat sed enim) misere Deorum  
 Virtutes, iusta & pro pietate petunt.  
 Vos igitur teneræ ter tres mea cura sorores,  
 Mnemosyne peperit quas Dea casta Ioui  
 Vos inquam, quarum nota est mihi prompta voluntas,  
 Atq; amor in doctos semper vbiq; Viros,  
*HVBNERVM* cunctis carum ne linquite nostrum  
 Nec facite vt vobis hic sine Sponsus eat:  
 Ordine præsentis vosmet coniungite iusto,  
 Et lætæ optatum condecorate diem.  
 Ipse ego Dux vester: Pietas mihi iuncta manebit;  
 Vos me: Virtutum turba sequetur eam.  
 M. Læta refers, iocunda refers, mellite Deorum  
 Phœbe, nec hac grata, gratior vlla, die.  
 Quis non huic toto seruiret pectore Sponso?  
 Illi præclarum quis neget officium?  
 Quicquid erit nostri possit quod cura laboris,  
 Huius, id in laudem seruiet omne, Viri  
 Ille est, quem nostris lætantes fouimus vlnis,  
 Dum docta Aonijs labra rigaret aquis.  
 Hinc nunc, excultam cælestis Gratia linguam  
 Ornando, nomen ducit ad astra pium.  
 Multi sunt fontis quibus est data copia nostri,  
 Duxit & ad fluuios quos pater ipse sacros;  
 Turbatas doctis illi sed turpiter vndis  
 Miscent, sicq; alijs & sibi damna parant.

*HVBNERVS* mixtis noster non gaudet Alumnus,  
 Impuras puro pectore nescit aquas;  
 Candor in augusta sedem sibi fronte serenus  
 Fixit, quem promptè lingua disertâ notat,  
 Talis cui mittant dignus sua munera Musæ,  
 Virtutum faueat cui pia turba chorus.  
 Viuat dilecta felix cum coniuge Sponsus  
 Cumææ vivant secula longa senis.  
 Illis partarum suberescat copia rerum,  
 Innumeras illis det Deus almus opes.  
 Sit fœcundus Amor, cernant in stirpe Nepotum  
 Turbam, quæ dulci voce salulet Auos.

NICOLAUS RIBBIVS

ἑγκώμιον

Honestæ matrisfamilias.

**F**elix, ô nimium felix, iterumq; beatus,  
 Cuius in it socium fœmina fida torum,  
 Hæc equidem fuluo multò est preclosior auro,  
 Hanc superat radijs gemma nec vlla suis.  
 Illius haud dubitat confidere mente maritus,  
 Huic dare non dubiam mens fuit ausa fidem.  
 Ergo age cui talis diuino contigit vxor  
 Munere, legitimi fœdere iuncta thori,  
 Nulla petendarum deêrunt huic munera rerum,  
 Copia diues opum parta labore venit.  
 Nil nisi grata suo studet exhibuisse marito,  
 Non studet hunc vllò lædere Nupta malo.

Impigra

Impigra continuis exercet brachia tellis,  
Et facit officium sedulitate suum.  
Aduhit extremis ceu mercatoris ab oris  
Merces æquoreo puppis onusta freto ;  
Haud secus illius facilis solertia mentis  
Nititur, & magnas quærere sudat opes.  
Quin alacri tacitæ per cæca crepuscula noctis  
Pectore de thalamo surgit, abitæq; suo.  
Surgit, & ancillis epulas, operumq; labores  
Distribuit, famulis instat & æqua suis.  
Ipsa sibi precio fœcundum comparat agrum,  
Farra virent huius iussa virere manu,  
Plantat amœna sibi vigili viuenta labore.  
Fert operæ precium nectar & vva suum,  
Fortibus accingit lumbos & corpora zonis,  
Et validas ad opus dirigit acre manus.  
Plurima diuersis tractare negocia rebus  
Illius haud mentem commoda ferre latet.  
Non sinit extingui noctis sub imagine lucem,  
Feruet opus fidæ nocte dieq; manus.  
Firmat, & adnixu cubitos extendit vtrosq;  
Lanificamq; rudem non sinit esse colum.  
Currere currentem teretemq; recurrere fufum  
Illius erudiunt brachia, pensa trahunt.  
Porrigit inde manus inopi, facilisq; petenti est,  
Eius & induris sentit egenus opem.  
Non premit absentem, non anxia cura maritum  
Tangit, in ignota quando moratur humo.  
Nouit enim sociam curare domestica rectè  
Munera, re nulla deficiente domi.  
Nempè viro gemino de stamine textit amictum,  
Aduersusq; minas frigoris arma parat.

Setēgit ostrina Tyrio de murice palla,  
Et pudor in roseo nobilis ore nitet.  
Vnde perenne suo nomenq; decusq; marito  
Perpetuo celebri laudis honore parat.  
Ille inter proceres folio subnixus in alto  
Dicit honorato Iura sacrata foro.  
Nemo suos oculos illum non vertit in vnum,  
Inter grandæuos cum sedet ille viros.  
Mollia contextit preciosæ stamina byssi,  
Ingenti Tyriam vendit & ære togam.  
Arte laboratas exponit scœnore vestes,  
Cingula mercanti dat generosa viro.  
Nititur herculeis virtutibus, ambit honestum,  
Induit, vt tunicam, robora firma, suam.  
Ergo leui meritò finget sibi gaudia risu,  
Quòd benè successum res habuere suum.  
Dissoluit sapiens sapientibus ora loquelis,  
Semper & est aptos visa referre sonos.  
Aedibus in proprijs oculis speculatur acutis,  
Tuta, vel an iusto res sita quæq; loco est.  
Non capit indignis epulas sibi dentibus, escam  
Quam comedit, proprio parta labore fuit.  
Illius innumeri surgunt felicia nati  
Pignora, & ingentes hos comitantur opes.  
Insigniq; suam genetricem laude coronant,  
Laudibus eximijs fertur ad astra viri.  
Diuitias cumulant natæ: supereminet omnes  
Mater, & insigni præstat honore suis.  
Est nihil insignem facie præstante maritam  
Esse; decor fragilis: forma nitorq; perit.  
Forma nitorq; perit: mulier laudabitur illa  
Quam Domini vacuam non sinit esse timor.

Ergo

**E**Rgo age talis adest : Sponsa his virtutibus austra  
A Domino ecce tibi candide *IA NE* datur.  
Hanc hodiernus Hymen dulcem tibi iungit alumnam,  
Illustris patrj fama nitorq; fori,  
Aspiret cæptis Dominus tædasq; secundet  
Sollicitè humanum qui regit ipse genus. •  
Mens & amor thalamo vos vinciat vnus in vno,  
Sit procul illiciti caussa Cupido tori.  
Viuite felices distendite prole penates,  
Viuite Nestoreos, atq; valete, dies.

*GEORGIVS GYNTHERYS.*

**A L I V D.**

**N**diq; nunc curis homines animisq; soluti,  
In circo Bromium vir mulierq; sonat.  
Per vicos strepitus agit pars magna, taber-  
Altera non segnis visit læche tuas. (nas  
*HVBNERYS* contra his missis Heliconæ petebat,  
Hinc maiora sciens lucra futura sibi.  
Nec mirum Dionysia quod neglexerit ille,  
Qui prius Aonijs est benè tinctus aquis.  
Suauior in Clarijs quoniam traducitur vmbrijs  
Ætas, quam lustris Bacchicè larco tuis.  
Hic nisi barbaries negnat turpiscq; libido,  
Ast illic grauitas, & pia vita viget.  
Id rectè secum trutinans *HVBNERYS*, Apollo  
Cuius Gorgoneis labra rigarat aquis.  
Elegit potius castas adamare Camænas,  
Quam bacchanti auras voce ferire leues.

Quare

Quare, nec turbas ualuit tolerare furentes,  
Sed mage læticiam corde fouere nouam.  
Ante hac credo equidem dessebat funera patris,  
Magnus & in toto corpore mæror erat,  
Sed non perpetuo funduntur ab æthere nimbi,  
Et non perpetuo squallida regnat hyems.  
Hora redit, qua sol illustrat lampade terras,  
Et qua luxuriant floribus arua nouis.  
Sicut terra uices mutat, mutantur & anni,  
Sic hominum uariat dextera sensa DEI.  
Plausus depulso subeunt è mente dolore,  
Et Niobe interdum gaudia læta capit.  
Sic Hübnerè tibi noua lenit corda uoluptas,  
Quam Iudith uultu fecit amica suo.  
Et meritò reddis turbatæ gaudia menti,  
Nil etenim durat quando quiete caret.  
Collige nunc ægras ex luctu collige uires,  
Hæc tibi sincerus quisq; precatur homo.  
Nam quis laude magis dignus te Sponse Iohannes?  
Quem redamauerunt ex Helicone Dez.  
Postquam pierium monstrarunt scandere culmen,  
Dein saturauerunt phocydos amne uirum.  
Hinc sudore gradum nactus nomenq; magistri,  
Quo tota Hübneri plaudat honore domus  
Deinde Thoruna tua tradebat dogmata publi,  
Cui certè si uis fluxit ab ore lepos.  
Sed cum fata trahant homines, nec uincere quimus,  
Paruit Hübnerus nunc quoq; spontè bonus.  
Nec sibi delatos reuuit morosus honores  
Et prodesse tuis clara Thoruna focis.  
Hinc reor ardebat rursus conscendere montem  
Parnassum, causa hæc dum nouus esset homo.

Consilij

Consilij implet quo doctum nectare pectus,  
Ut patrios posset ritè iquare lares.  
Ingrediensq; uiam, subito de tramite recto  
Discedens dubium nescius iuit iter,  
Casu Pyrnese (sed dextro) lapsus in ædes,  
In quèis sunt Chantum, pectora trina, chori,  
Hunc Venus à tergo comitata cupidine paruo  
Insectata est clam, sicq; recepta domo.  
Hübnerus spectans forma præstante puellas,  
Alloquitur blandè, suaueq; dicit aue.  
Pyrnese agnoscit, Parnaso uertice falsus,  
Hoc sibi nil causæ cogitat esse loco.  
Sed Paphie tacito, multum, sub pectore dixit  
Hic technas uasfrè quas decet arte struam,  
Iussit & interea gnatum uibrare pharetram,  
Hic dum uirginibus uerba faceta refert.  
Mox puer exequitur charæ mandata parentis,  
Nec mora, mox iuuenis vulnera corde fouet.  
Tentaui uerbis equidem subducere flammam,  
Sed uicit longè in pectore, vulnus opem.  
Quæritur, in Phœbi vigilans, Epidaurius, arte  
In cassum, nulla conditione iuuat.  
Tum Dea subridens, vultu Cytherea sereno,  
Hoc uti Hübnerum iusserat antidoto,  
Pyrnese exhorto suauiem complectere florem  
Vlnis, osq; ori iungito sanus eris.  
Obsequitur facileq; manus, animumq; morenti  
Præbet, & in collum proruit ecce Iudith.  
Omnes ex templò connubia fausta precati,  
Qui gratabantur, cunq; fuère domi.  
Et quis non hilari captaret iubila tecum  
Vultu? quòd thalami gaudia sacra paras.

Quis

Quis non sponse tibi fœlicia cuncta precetur?  
Ex cuius grauitas ore, fidesq; nitet.  
Sed non doctorum duntaxat turma virorum  
Cæperunt plectris dulce sonare melos.  
Aspice, vt arrident spaciofa volumina cæli,  
Purpurei, speciem tempora, veris habent.  
Ipsa tibi faustum quoq; coniugium astra precantur,  
Quæ Phœbo mulcent æthera iuncta simul.  
O fœlix nimium tempus, quo doctæ Magister  
Incidit in casses præda petita tuos.  
Sponsa pij generis, docto prognata parente,  
Casta, pudica, decens, digna puella Ioue.  
Hanc tibi, vir celebris, sacra tribuere Camœnæ,  
Quod solers, harum castra secutus eras.  
Niletenim melius sociato fœdere lecti,  
Ducebant vsu posse venire bonis.  
Hoc tua commeruit pietas ac integra virtus  
Munus, pro hoc summo reddito vota Deo.  
Hoc frueri, hoc longos lætare Hubnere per annos,  
Cum pietate, fides, mutua corda liget.  
Ornet vos opibus, prole, & (Deus ipse) senectæ,  
Omnia sint vobis prospera, triste nihil.

**ALBERTVS STRYCHNVS**  
*Præceptor Polonicus.*



**HAL**

ALIVD.



ALCYONES referunt pulcrâ sub imagine,  
pulcrum

Exemplar vita connubialis, aues.

Namq; pudicitia Studium, vitâq; jugalis

Mutua, constanti pectore, pacta colunt.

Ignorantq; suos aliò trans ferre calores,

Tâm vivente viro, quam moriente viro.

In medioq; mari, circummirantibus undis,

Exponunt Sobolem, vix sine clade, suam.

His tamen Oceano nihil est acceptius unquam

Sapè licet nidum vis inimica petat

Quod si confectus senio graviore maritus

Non magis optatas sumere possit aquas,

Vxor eum cervici imponens gestat aquarum

Vxor eum curat mortis ad usq; diem.

Has imitetur aues, omnis, quicunq; jugalis

Optat Honorandum factus inire tori

Has imitetur aues, optat quecunq; puella

Castâ maritalis jura subire tori.

Nempè pudicitia studeant, studeantq; caloribus

Quem Deus inspirat mentibus ipse pijs.

Nam Deus in castum castus consentit amorem,

Hosq; pudicitiam qui venerantur, amat.

Sint procul hinc Veneris, vetitig; Cupidinis astus,

Sint procul illiciti gaudia cæcatorum.

Cura sit ambobus, dulcem defendere prolem,

Et pius uxorem vir iunet, illa virum.

Nil sit eis vera pietate antiquius unquam,

Sapè licet lætis tristia mixta cadant.

Et mala sunt vicina bonis. & tristia lætis,

Nascitur urtica proxima sapè rosa.

Nam pietas in se virtutes continet omnes,  
Omnis & Oceanus dicitur esse boni.  
Illa tibi cum sit cordi, venerande Magister,  
Fulgida Pegaſci luxq; decusq; chori:  
Certus ero, ſuaſore Deo quod caſta ſecundos  
Fœdera ſucceſſus ſint habitura ſuos.  
Illa tibi cum ſit cordi, pulcerrima Virgo,  
Virgo puellaris floſq; decusq; chori  
Certus ero, quod pacta Deo ſuſcepta fauente,  
Succeſſa nunquam ſint caritura bono.  
Namq; Deo tribuis, qua ſunt tribuenda, tuiq;  
Officij vigili munera mente facis.  
Namq; colis probitate tuum ſtudioq; fideli  
SPONſVM, diuinus quem tibi iungit amor.  
SPONſVM, virtutis, fidei, pietatis, amantem,  
Et viridi juuenem corpore, mente ſenem.  
Nam puer ingenuas didicit non ſegniter artes  
Atq; Meduſæis labra rigauit aquis.  
Pectoris hinc tanta dotes, hinc tantus in illo  
Eloquijq; nitor, iudicijq; vigor.  
Hinc rectè veterum nouit monumenta Sophorum,  
Nouit & in ſuperas ſcandere mente domos:  
Hinc etiam precium virtutis amabile, Muſa  
Cultori tribuit Calliopa ſuo.  
Huncq; magiſterij titulus & honoribus auxit,  
Stant ubi Leucorea mania ceſſa ſchola.  
Inde iuuentutem, ſtudio vigilante, reuerſus  
In patriam, docuit, non ſine laude, piam  
Iamq; Thoruneniſi (laus eſt non inſima Sponſi)  
Grande Scabinatus munus in vrbe gerit.  
Eſt grauis, eſt prudens, cuncta vir fraudis inani  
Eſt animo, eſt patria fama, lausq; domus.  
Egregiam

Egregiam nec ei formam Natura negavit,  
 Dulce venustatis lucet in ore decus.  
 Quòd si præcipuo laus est de stemmate nasci,  
 Hæc etiam Sponsum laude vigere scias.  
 Gloria namq; viget genitoris tanta IACOBI,  
 Vt non sis nullis hac manifesta viris.  
 Cuius virtutes, vitam, moresq; probatos  
 Ignorans, si quis noscere forè cupit.  
 Is legat VLRICI doctissima scriptra SCHOBERRI,  
 Illustris Studijs & pietate viri.  
 Desino, nam Sponsi versu perscribere laudes,  
 Est sanè ingenij nobilioris opus.  
 Ergò Deo grates toto dic pectore SPONSA,  
 Quòd coniunx tanti diceris esse viri.  
 Tuq; Deo meritas grates persolue IOHANNES,  
 Quòd IVDITHA tuum sit subitura torum.  
 Est sincera, grauis, simplex, humana, modestus  
 Vultus enim mores arguit esse pios.  
 Sulpitiam veluti celebrat veneranda vetustas,  
 Atq; pudicitiam Porcia casta tuam.  
 Sic Sponsæ celebrare tua, vitamq; pudicam,  
 Atq; venustatem, clara THORVNA, solet.  
 An non SPONSE tibi talem gratare maritam,  
 Quam decoras probitas, gratia, forma, pudor.  
 An non SPONSA tibi talem gratare maritum,  
 Quem decoras virtus, gratia, splendor, honos.  
 O par conueniens animis & corpore, vester  
 Par sit amor, vestro par in amore fides.  
 Sit vester sine lite torus, tristiq; querela,  
 Exhibeant vestram paxq; quiesq; domum.  
 Concedatq; Deus, ter trinis mensibus actis,  
 Vt sis SPONSE pater, tuq; IVDITHA parens.  
 Namq;

*Namq̄, carens veluti vilescit frugibus aruum  
 Vilescit dulci sic sine proie torus.  
 Et quocunq̄, potest thalamum exhilarare iugalem  
 Id vobis tribuat largiter omne Deus.  
 Hoc tibi Sponse precor, precor hoc tibi Sponsa, secunda  
 Vota Deus, casti fons & origo tori.*

*Matthias Nizolius Thor: Borussia.*

ALIVD.

**X**ριστέ θεῶν ἀυγὴ, πατρὸς υἱὲ μέγιστε μέγιστε,  
 σῶπτερ ἰδὲ ἀνδρῶν ἕξοχ' ἄριστε γένεσ.  
 κλυτὴ, μεῦ ἠχορῶν, τὰδ' ἐμοὶ κρήνην ἐέλδωρ:  
 ὄλθον δ' ὄσ' γαμβρῶ ὄλθον ὄπαζε νυφ  
 ευλογέωμ τάν ἠνωκῆν μετὰ δ' αἶτα πορέντ  
 ἀμφοτέρωμ τε ἔης μῦν ὄ ἀλκῆτ ὄ ἔρωσ  
 ἀμφοτέρωμ σῶσθ' ὀγκωῶ ἴμερον ἔμθαλε θυμοῖσ:  
 ὄφ' αὐτῶν ἀλ γῶμ ἢ ἀπάνειθε βίτ.  
 τῶ γὰρ χριστοφίλσ κῶν εὐτυχεόντ ὄ ἔρωτ ὄ  
 μηδ' ἐρ πρὸσ καλὸν φέρετόρ' ἐστὶ βίον.

EIVSDEM.

**T**e, mea Musa: tædas ornate iugales:  
 Ire: duo suavis pectora iungit amor.  
 Overè felix, ô terq̄ quaterq̄ beatus  
 Vir, cui dant sociam Numina sancta tori.  
 Auspice nam Christo thalami qui foedera iungit:  
 Dulcia, dum viuit, gaudia corde gerit.  
 Non sic Regna micant nitidis ardentia stellis:  
 Castus ut in casto pectore fulget Amor.

**Non**

Non annis fluitans aurum volentibus vndis  
Tantas connubij vincere possit opes.  
Cum Musis igitur celeberrime te iure beatum;  
Hoc te quod liceat munere posse frui.  
Summa etenim virtus tibi iam pro dote paratur;  
Aucta est innumeris, Sponse, uirago bonis.  
Hæc tibi, namq; refert Iudithæ nomine Nomen,  
Per uarios casus sternet amica uiam.  
Illa tibi saxos excindet: & eruet hostes;  
Illa tui cordis dulce leuamen erit  
Mœrebit tecum; tecum sua gaudia iunget;  
Et curas blando leniet ore tuas.  
Nec tu laude cares, Musis dilecte Ioannes:  
Qui docto Clarior fundis ab ore modos.  
Et natura tibi formæ concessit honores;  
Et dotes alias contulit illa tibi.  
Latus ob id celebra socio connubia Christo;  
Sic nullum metuet uita quieta malum;  
Vnice Patris Amor, custodia certa salutis,  
Iesu, Cœlestis fons bonitatis aue:  
Sponsorum niteant castis fac pectora flammis;  
Atq; sit illorum libera uita malis.

*Adamus Freitagus Thoruniensis.*



# SEQUVNTVR CAR- MINA GRATVLATORIA

Discipulorum primæ Classis,



Εὐτε φίλοι χάριτες, δι' ἰοῦ ἡδὲ θύγατρ' ἀγαυαί,  
Εξ γάμου ὑβήκευ ἄστατε ἡδὺ μέλιθ'.

Νυμφίθ' ἡγαθέαις μύσσαις ἡδ' ἦθεσι λάμπαι,  
Νύμφη ἰοῦ χάριτων φῶς χαρίεσσα πέλα.  
Χρῖς χημαιγενέων ἀνθρώπων ἀγλαῆ σῶτερ,  
Αμφοτέρων φέρει ἡμάτα πάντα λέχθ'.

## Aliud Eiusdem.



Ona ferant alij flauentia diuitis auri,  
Carmina nos inopes ferre decebit opes.  
Carminis autorem Sponsum mea carmina laudent,  
Scilicet vt studij dem documenta mei.

Pectora grata probant homines, hominumq; Creator,  
Ipse sed & Sponfus pectora grata probat.

Qui sibi legitimo coniunxit fœdere Sponsam  
Suffusam teneras luce rubente genas.

Ergo salutiferis tædis optamus adesse  
Conuiuias ternos, ô noue Sponse, tuis.

Nempe DEVM Patrem, thalami qui fœdera sanxit,  
Sufficiat cœptis vt bona cuncta tuis.

Et natum, qui iure tenet venerabile Sponfi  
Nomen, vt is Sponfos augeat, ornet, amet.

Deniq; diuini Cœlestem flaminis Ignem

Quo duce pax constat dulcis alumna tori.

Quod porro super es, ô Sponse, superstitute Sponfa,  
Viue virens annis, viue virente toro.

Zacharias Otto Torun.

Γ Α Μ Η Α Ι Ο Ν.



Θεοὶ μὲνον τέκνοις παρέχουσι γούνησ  
 κλατὰ μέλαθρα δόμων, ποιμνία, κτήματ', ἀγρῶδε·  
 ἀλλ' ὀσίηρ' ἄλοχον πίσιμ τε βρώσας τε δ' ἰκαίην,  
 ἤ μέγ' ἐθ' ὅ πινυτῆσ κῆρι δίδωσι θεῶ.  
 τοῦνεκ' ἰωάννη φιλόμυθ' ἔπαγάλλειο χάριμ β,  
 ἐκ θυμῶ κλείων παμμεδέοντα θεῶν  
 ὅσ' μάλα κεριδ' ἴηρ' Νύμφηρ' χαρίεσσαν, ἀγαυήμ.  
 οὐρανόθεν φιλικῆ σοὶ κατέπεμψε χερί.  
 πνεύματί σ' ἱεῶ κείνοις ὧ χρισέ' ἐνοίκεσ,  
 ἠεὶ διαβαλλομύων ἔσμ' ὀρ' ἀλαλκε κακόμ.  
 ὄφρα βιώσι πολλῶν καιρῶν, καθαροί τε καὶ ἀγνοί,  
 ἠεὶ πολλοῖσ ἀνθ' ἡ τοῖσ τεκέεσσι δόμ' ὅ.  
 ἔσοκερ' ἐκ γαίης, γλυκερῶ δ' ἐδ' ἠμυλλῶι ὑπνώ,  
 εἰς φά' ὅ' ἔρχωνται ἀϊδίσιο βίω.

E I V S D E M,



Eia canat mea Musa, canat mea Musica laudes,  
 Eia canat plaudens carmina grata Deo,  
 Qui prudenter amat concordis œdœra lecti,  
 Auxilioꝝ tegit, consilioꝝ regit.  
 Quicqꝫ monet, sancte Nymphas ut amœnius honestas,  
 Quarum Virgineo corda pudore nitent.  
 Quare IOANNES, Phœbœi cultor honoris,  
 HVBNERVS, coluit quod sacra vincla tori.  
 Eius init castam, pia, blanda, pudica, modesta  
 Virgo, præclaro stemmate nata, domum,  
 Custodem iungas illis, ô CHRISTE Patrone,  
 Qui sedeat thalami ianitor ante fores,  
 Vicino Sathana, ne tecqꝫ Patremqꝫ colentes  
 Terreat ædifici triste laboris onus.  
 Arbitet æternum donec radiantis Olympi  
 Diuellas casti mutua vincla tori.

Ioannes Schröderus Malchinensis  
 Megapolitanus.

ALIVD.

πρὸς ἑνάδα ἁγίην.

**Α**γνὲ πάτερ, πάτερ ἁγνὲ, ὑπερτάτα δῶματα ναίων,  
 τάξας συζυγίην δὲ καθαρὴν θαλάμῳ.  
 ἡγατῶ λισόμηνός σε, νόον καὶ νυμφίον ὅπως  
 σπρίσῃς θεῆν ἀμφοτέρων χάριτι.  
 ἦσὲ θεὸς παράνυμφος ἕως ὅς πρώτος Ἀδάμω,  
 κόσμῳ δὲ τ' αὐτὸς δαίτα γάμοιο πάλα.  
 δεῦρ' ἴθι, καὶ πάντων ἀριδέμετε δῶτες ἑάωρ  
 ἔυλογίης γαμβρῶν ἐγγυάλιξε κέρας.  
 ἔρχεο πνεῦμα ἱεῶν ἐμπνέουσα σίθη' ὃ πυρσῶ,  
 μήποτε προύχῳσα νόσφι σέθεν τι καλῶς.  
 δὲς γλυκὺ θυμὸν ἔρωσ πέλην εἰς γεγαμνηκότας αἰετῶ,  
 θάλαμῳ καὶ ἐπίσῃς ἢ ὁμονοία φίλων.  
 ἔρωσ θεὸς σὺ εὐχομένη πῶν ἐλωπίδα, εὐχήν  
 ἐλωρίων ὁμοῦ δὲ σασίμην ἐμψυα.  
 εὐτυχίην φώτισσον αἰεὶ εὐανθέας αὐτὸς  
 μακροῦ ἀνευ' ἡνίκας ὡς διάγωσι βίον.

EIVSDEM.

**H**VC ades ὁ Phœbo comitante Thalassio gressum,  
 Tuq̄ Camænarum turba perennis ades.  
 Namq̄ subit thalamum Claria Vir doctus ab arte,  
 Vir virtutis amans, Relligionis amans.  
 Castas̄ quietiam, medico Patre nata perito  
 Virgo maritales est aditura toros.  
 Concinite ergò nouis Musæ sacra carmina nuptis,  
 Mitia soluentes talibus ora sonis:  
 Viuite felices, Christi clementia faxit,  
 Ut tempus vobis molle sit omne tori.  
 Talis constringat vestras concordia mentes,  
 Qualem cum socio turture turtur alit.

Sponse

Sponse vigens Pylij supera doctissime secla,  
Et tu Cumæos Sponsa pudica dies.  
Ambobus tandem quoq; Fata benigna precamur,  
Diuite & vt crescat prole beata domus.  
Sit procul omne malum, procul hinc sint iurgia, fraudes,  
Exulet à vestro lis maleuada toro.  
Atq; vbi subrepent longæ fastidia Vitæ,  
Cælica post obitum scandite regna poli.

*Christianus Burchardus Malchib:  
Megapolitanus.*

### ALIVD.

**H**OEBUS vt auricomus summo prospexit ab ortu,  
Aonias vidi necdere seria Deas.  
Quarenti causam, causam sic edidit Vna,  
Unanymi iugam pectora bina iugo.  
Scilicet *HVBNERVM* nec non *PYRNESI DA Nympham*  
Pectora propitio consecrata DEO.

Verane sunt & Sunt vera. Venit iam dexter Apollo,  
Prædulcemq; manu percutit ante Iyram.  
Vos igitur Charites cultori plaudite vestro,  
Grataq; munifica munera ferte manu.

### PVDICICIA ad Sponsum.

*M*erisæcco: loco niueam tibi dono Columbam,  
Admonitrix casta qua pietatis eris.

### CONCORDIA

*E*n tibi tranquille placidissima munera pacis,  
Namq; sine his lectus nil nisi luctus eris.

### PIETAS.

*I*psa tibi pietas Sponse est pulcherrima merces,  
Auspicio qua Cuius noueris esse DEI.

### CHARITES.

*A*ccipe Sponse tibi Charites qua dona pararunt,  
Factaq; purpureis florida ferta refis.

*N*am veluti flores seruo iunguntur in vno:  
Sic vos perpetuos dote iunget Amor,

**B**

*Et licet*

*Et licet in tristes vertantur gaudia luctus,  
In bona confessim vina resoluet Amor.*

### SPONSVS.

*Non ea vis animi Charitus pe solvere grates,  
Pramia nec vestris digna referre meis.*

### VNA CHARITVM.

*Nil opus est donis: Felices vivite iuncti,  
Vivite Nestorios & superate dies.*

### VOTVM.

*O pie Christe sacri termaxime fœderis Autor  
Quæso nonis Sponsis dexter adesse velis.  
Et mala si qua sacri venient ad limina lecti,  
In mare fac rapidis ut irabat amnis aquis.  
Aurea pax animos, thalamos pia gaudia cingant,  
Sic tibi sic laudes pectora bina canent.*

*Georgius Vorbergius Lanbensis.*

### ALIVD.



**C**VM DEVS omnipotens esset fabricatus Olympum,

*Et quicquid terræ Circulus omnis habet.*

*Instituit socij castissima fœdera sancti,*

*Legitimo ut conianx nupta sit una Viro.*

*Servanti ergò tibi cœlestia iussa Tonantis,*

*A summo optamus prospera cuncta Deo.*

*Næ tu re vera felix nove Sponse videris,*

*Quod tam pulcra tuum Virgo cubile petit.*

*Quæ, precor ut iucunda tibi velut arbor olivæ,*

*Coniugij sancti pignora grata ferat.*

*Vivite felices, per plurima vivite secla.*

*Perturbet vestrum nulla querela torum,*

*Vitus Zissus Kitzingenfis*

*Francus.*

Aliud

ALIVD.

**N**VMINIS æterni venerabile munus habetur,  
 Dulcis honorato nupta Puella Viro.  
 Sic merito es Superùm cura donatus honore,  
 HVBENERE Aonii gloria magna Chori.  
 Magna tibi ingenii vis & prudentia par est:  
 Iusticia & Pietas pectore clausa micant.  
 Es non vulgari virtute Parentis honesti  
 Insignis, clara conspicuusq; domo.  
 Huc ades, ô præclare, tuis tibi namq; medullis  
 Carior in thalamum SPONSA pudica venit.  
 Sponsa IVDITHA tibi venit en Pyrnestia virgo,  
 Forma coniunctum est cum pietate decus.  
 Mores quinetiam velamine pulcra pudicos:  
 Corporis ornatum vita modesta iuvant.  
 Nunc igitur nova nupta alacri cape gaudia vultu,  
 Et iuveni gaude Nympha iugata viro.  
 Quod superat, Christum votis ardentibus oro,  
 Securos vobis vt sinat ire dies.  
 Prodigæ ceu lætis Dominum proventibus arbor:  
 Sic vos iucunda prole beare velit.

Matthias Schütz Anclamensis  
 Pomeranus,

ALIVD.

**H**ÆCCE novo HVBNERVS cumulat' honore IO.  
 HANNES,  
 Et nubit docto casta IVDITHA Viro.  
 Matura mea Musa novis occurrere SPONSIS,  
 Illis & nostra talia voce refer:  
 Gratamur tibi SPONSÆ simul, simul & tibi SPONSA,  
 Gratamur vobis pectore & ore pio.  
 Quod vos Coniugij iunxit Moderator & Autor,  
 Iussit & unanimi iura subire tori.

E 2

186

20

*Ille velim vestros in longum proroget annos,*

*Sufficiens casto pignora multa toro,*

*In super & votis animi flagrantibus imi,*

*Egregio cœpto facta secunda, precor.*

*Quam cuperem caro meliora afferre Magistro,*

*Nunc meliora tamen carmina Musa negat.*

*Splendidiora canam quondam crescentibus annis,*

*Sed nunc ista pia pignora mentis amet.*

*SPONSE vale, SPONSA Mq̄, tuam constanter amato,*

*Quid melius SPONSA, SPONSVS amare potest?*

*SPONSA vale, SPONSV Mq̄, tuum reuerenter habito,*

*Quid melius SPONSŌ, SPONSA tenere potest?*

*Vinite felices: Tu Nestoris exige SPONSE,*

*Tuq̄, Sibyllinos SPONSA novella, Dies.*

Distichon Chronologicon.

VnDeCies FebrVo fVLIt soLCLarVs In orbe,

Vt fVerat Iano ConsoCIata IVDith.

*Henricus Strobandus Toronien:*

## A L I V D.

**V**, rogo, quæ tenero celebras connubia cantu,

Ad noua Coniugij gaudia, Musa, veni.

Nam sancire parat solenni foedera nexu

H V B N E R V S, casti primitiasq̄ tori.

Plaudite Pierides, quoniam felicibus astris

Iungitur H V B N E R I Nympha pudica toro.

Conlux fida Viro haud gemmis auroq̄ paratur,

Sed datur à solo (sæpè petita) D E O.

Talis iam tibi, Sponse, venit quæ est prædita castis

Moribus, & veræ Relligionis amans,

Vt IVDITHA Deum constanti pectore quondam

Confessa est; Dominum sic tua Sponsa timet.

Illius

Illius in nostra clarus PYR NESIVS Vrbe  
 Enituit medica Doctor in arte Parens.  
 Nec Sponsus tibi, Sponsa, minus Virtute politus,  
 Accedit thalami iura pudica tui.  
 Quanta illi est gravitas, quanta est constantia, quantus  
 Est amor, & pietas, illius atq; fides.  
 Hoc, IVDITHA, nouo multum lætare marito:  
 A Domino sapiens Nuptaq; Virq; venit.  
 Ille DEVS casti thalami firmator & autor,  
 Eueniant Vobis gaudia cuncta, velit,  
 Omnibus exemplar sinceri sitis amoris,  
 Vestraq; perpetuus pectora iungat amor.  
 Viuite castæ animæ felices Nestoris annos,  
 Sit felix multa & prole beata domus.

DISTICHON NYMERALE, DIEM, MEN-  
*sem, & Annum Nuptiarum, item nomina Sponsi*  
*& Sponsæ exhibens.*

ECCe plo paCta est CeLebrIs IVDitha Iohanni,  
 PhœbVs Vt VnDeCies FebrVVs ortVserat.

*Johannes Schoberus Lubensia*  
*Silesia.*

ALIVD.


 Dite nunc dulces puerilia Carmina Musæ,  
 Exigit hic lectus, carmina læta, dies.  
 Nam nouus ingreditur thalami noua gaudia Sponsus  
 HVBNERVS, Musis carus itemq; DEO,  
 Ergò decet Charites genialem fundere cantum,  
 Et sponsum in laudes percelebrare DEI.  
 Sponsus enim prudens, doctiq; pudore politus,  
 Præditus & vera Religione DEI.

Sic noua Sponsa placet virtutis & oris honore,  
Olim Doctoris filia PYRNESI.  
Quam tibi luciferi Rector donauit Olympi,  
Quandoquidem Christum pectore & ore colis.  
Ergo nouos Dominus Sponsos conseruet in æuum,  
Et pax vnanimem & æga. amica torum.  
Et viuant longo felicem tempore vitam,  
Et numerent casti pignora multa tori.

*Michael Falco Torunienſis.*

A L I V D.

**N**on ille vir est ex asse beatus habendus,  
Qui non contemnit iussa verenda DEI.  
Coniugium quoniam sanxit DEUS ille Deorum,  
Fœdus & hoc vetuit nos temerare sacrum.  
Non impunè feret, quisquis violauerit illud,  
Hec miser in Stygias abiiciendus aquas.  
Casta DEVS mens est, castiq; pudoris amator,  
Fœderis & casti duxq; comesq; manet.  
Ipse DEVS insit thalamo duo pectora iungit,  
Atq; subire sacri iura pudica tori.  
Ergo HVBNERIADAE Charites gratentur amica,  
Qui genus hoc vita non sine laude petit.  
Nubit ei casto decorata pudore puella,  
Cuius honoratus vixit in vrbe Pater.  
Sponse noue exhilara lacantes pectore vultus,  
Ex voto quoniam nupta reperta tibi est.  
Venite concordés, concordè viuite lecto,  
Et Pylly in thalamis, exsuperate dies.

Iacobus Fabricius Lubixmolenſis  
Borusus.

*Aliud*

ALIVD.



VM noua legitimi iunguntur fœdera lecti,  
 Huc autor thalami tu pie CHRISTE veni.  
 CHRISTE veni: Coniunge sacro duo pectora Flatu,  
 Pectora vincula novi quæ subiêre tori.

Effice ne Damon castos divellat amantes,  
 Amborum sit mens una, sit unus amor.  
 Perpulcrâ mensam Sponsi tu prole beato,  
 Davidis ut sancta voce canentis ais.  
 Cinge novos etiam cœlesti milite Sponsos,  
 Illorum ut castas excubet ante fores.  
 Quod superest oro supplex te CHRISTE Redemptor,  
 Incolumi vt thalami vincula salute bees.  
 Sponse & Sponso vale, sit Christus fidus Achates  
 In vita vobis, grata in amore Salus.

*Thomas Vulpinus Neoviensis  
 Marchiacus.*

ALIVD.



ANGITE vos mecum genialia carmina Musæ,  
 Carmina fœcundo non aliena toro.  
 Vos ô Pierides Iouis ingeniosa propago,  
 Iam lætum Citharis hunc celebrate diem.

En nouus hic nobis affert noua gaudia Sponsus,  
 Cui nubit pura Nympha probata Fide.  
 Candidior Cygno, maturis dulcior vuis,  
 Suauior & succo, quem bona gignit apis.  
 Sponsa sed & Sponso, quæso, tot gaudia prester,  
 Et bona, quot gentes maximus orbis habet.  
 Visite concordem animæ virtute Fideq̃,  
 Viuite concordem: quæso fauente DEO.  
 Det DEVS omnipotens seros viuatis in annos,  
 Hoc precor, hoc opto verbis hisce meis.

*Iacobus Glabba Rigenual:  
 Pomeran:*



RES CITE qui dixit, faciat te crescere, Sponse,  
Nescireamq; pia cum Sponfa ducere vitam.

*Johannes Strobandus.*

ALIVD.



VOD tibi connubio societur pulchra virago:  
Virtutum innumeris quæ dotibus aucta videtur,  
Docte Vir: & Musis multum dilecte Ioannes:

Gratulor: & bona quæq; precor tibi pectore ab imo.  
Atq; ora Christum, cui vincla iugata curæ:  
Exigere æternos vna permittat vt annos:  
Et lætos pulchra faciat vos prole Parentes.

*Basilius Zolnerus.*

